



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exetasis Testimoniorvm, Qvae Martinus Bucerus ex
Sanctis Patribus, non sanctè edidit**

Gardiner, Stephen

Lovanii, 1554

Idem de adulterinis coniugijs, Cap. 15.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29410

vt iam non liceret etiam si liberet, & ex hoc firmius non liberet, ne fieret quod non liceret, quod factum non est, etiam cum liceret, tantaque merereris vidua Christi, vt filiam quoque videres virginem Christi. Dum enim tu oras, sicut Anna, facta est illa, quod Maria.

Cælibatus
donū impe-
tratur pre-
cibus.

Idem de adulterinis coniugijs, Cap. 15.



Ed ea que in his talia sunt, vt quauis sint licita, non expédiant: non in eis dici potest, bonū est hoc, sed illud melius, sicut dictum est, Qui dat nuptum, bene facit, & qui non dat nuptū, melius facit: Ibi enim vtrunq; licet, & hoc aliquando, aliquando illud expedit. Nam illis qui se non continent, vtique expedit nubere, & quod licet, expedit. Quæ autē vouerint continentiam, nec licet, nec expedit.

Quid ad hæc
Bucerus?

Hieronymus contra Iouinianum, Lib. 1.

Sed & ipsa Episcopalis electio mecum facit. Non enim dicit, eligatur Episcopus, qui vnā ducat vxorem, & filios faciat: sed qui vnā habuerit vxorem, et filios in omni subditos disciplina. Certè confiteris nō posse esse Episcopū, qui in Episcopatu filios faciat: Alioqui si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter dānabitur: Aut permittite sacerdotibus exercere opera nuptiarū, vt idem sint virgines, quod mariti: aut si sacerdotibus non licet vxores tangere, in eo sancti sunt, quia imitantur pudicitiam virginalem. Sed & hoc inferendum: Si
laicus

Diluat Bu-
cerus hæc in
suo teste Hi-
eronymo.